UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res Gestae Illvstrissimo-||rvm Martyrvm, Con-||fessorvm Atqve Sancta-||rvm Virginvm ...

Eorvm Praecipve, Qvae Per|| R. P. L. Surium sex Tomis compraehensae sunt:|| et nunc restrictis verborum ambagibus ... ad ... D.|| Caesaris Baronii Chronologiam|| digestae ac in quatuor Tomos distributae

Lippeloo, Zacharias

Coloniae, 1595

VD16 ZV 18288

S. Petri archiepiscopi Tarentasiensis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43699

Visual Library

Item multa indè ſecuta ſunt miracula, quibus Deus ſuum cohoneſtauit martyrem ſuum ad laudem & gloriam nominis ſui, quod eſt benedictum in ſecula. Amen.

VITA S. PETRI ARCHIEPISCOPI TArentaſij. ex ea quæ iuſſu Lucij Romani Pontificis à Gaufrido Abbate Altæ Tubæ conſcripta eſt Migrauit ex hac vita anno Domini milleſimo centeſimo ſeptuageſimo primo, cùm ſediſſet annis triginta tribus.

VEnerabilis hic Petrus in Viẽnenſi diœceſi parentibus inſigni pietate natus, paternæ fraternæque virtutis æmulus in ambiguo adoleſcentiæ tempore mente minimè ambigua in cœnobio Bonæuallis Chriſtianę militiæ nomen dedit: In quo tanta tamque eximia cõtra infenſos animarum hostes pugnauit vt omniũ oculis admirabilis, breui poſt ad Stamedienſis cœnobij regimen cum Abbatis nomine ac dignitate aſſumptus ſit. Quod ſanè honoris genus cùm horreret maximè, & inuitus admodum eum dignitatis titulum admitteret, tùm in medio honorum omnium decurſu ita ſe ab omni ambitione & voluptatum contagione illibatum ſeruauit, vt nihil eo humilius, nihil pauperius videretur. Vitam vt plurimùm ſimplici pane ac aqua producere ſuſtentabat, ſi quid verò obſonij eſſet idipſum pauperibus diſtribuere ſummę illi voluptati erat. Hoſpites menſa illius pauperes & peregrinos habebat, ijsque conuiuiis adeò delectabatur, vt quo quis pauperior vel infirmior eò gratior aduẽtaret. Ea tempeſtate Idraël quidam homo prauis opinionibus imbutus Tarentaſi eccleſiæ præſidebat, qui gregem ſibi commiſſum in eandem ſecum perniciem trahere conaretur maturè tanquàm arbor in-

8. Maij.

Petr' in monaſterio Bonęuallis ſe Deo conſecrat.

Victus eius.

Benignitas eius in pauperes.

Idrael Epiſcopus.

utilis Apoſtolica falce præciſus eſt: & in locum e-
ius Petrus ſubſtitutus; qui licèt primò totis viri-
bus illud honoris faſtigium recuſaret, tandem ta-
men Bernardi Claræuallenſis Abbatis viri ſanctita-
te & eruditione præcipui auctoritate victus gradu
illum conſcendit: ita tamen vt de ſuſcepto vitæ ri-
gore nihil minueret, ſed potiùs indies aliquid ad-
ijceret: & ſumma contentione ad culmen non ho-
noris ſed paupertatis ac perfectionis aſpiraret. An-
te omnia verò nihil vir ſanctus antiquius habe-
quàm vt pauperes & calamitoſos homines à gr
paupertatis malo liberaret. Itaque domus illi
aula ſed veriùs xenodochium videbatur, ad q
ægri & egeni vtriuſque ſexûs commeabant, o
busq; beati Antiſtitis adiuti tantam cõſolation
vt maiorẽ non poſſent, inueniebant. Ipſe verò q
cùnque pergeret tanta liberalitate, tanta affecti
pauperum curam gerebat, vt cùm nummis e
ſtus eſſet ſibi ipſe veſtimenta detraheret, eaq
dis & egenis largiretur.

Petrus fit Epiſcopus.

Cùm aliquandò per Alpem (quam quidam Co-
lumnam Iouis appellant) iter haberet, & xeno-
chium nimis inops inueniret, ſtatim propri
penſa ædificia dilatauit, & prædijs atque ann
bus egregiè locupletauit, vt opportuna trans
um neceſſitati ſubſidia miniſtraret. Simile h
cium in monte, qui Læſionis dicitur, (licèt
prouinciam ſuam conſtituto) pauperibus
Et in Iurenſibus ſolis pari pietate ac munif
xenodochium ordinauit. In regione Prouinc
vili quodam tugurio ſecùs viam cùm fœm
extremo paupertatis malo miſerè oppreſſam
niret tanta erga illam miſericordia motus e
præ nimio dolore vox ei, cùm fari vellet, inter

Vide eximiã charitatem

mer vimque lachrymarum profunderet. Tandem
que ſibi neque ſuis parcens, veſtes alias atque ali-
omnibus detraxit, easque cum ingenti pecuniarũ
pondere fœminæ largitus eſt. Hinc cùm eius beni-
gnitas miſericordiaq; nullum ſciret modum vndiq;
ad eum innumerabilis hominũ multitudo conflue-
re cœpit, alij corporum, alij animarũ ſalutem quæ-
rentes: quam omnibus cum magna ſanctitatis ac
miraculorum virtute impertiebatur. Cęcis viſum,
mutis loquelam, ſurdis auditum, claudis greſſum,
& incommodis varijs laborantibus deſiderata con-
tulit remedia; tantisque virtutum ſignis claruit vt
nulla vlla orationis vi cuncta exprimi poſſint.

Cùm autem tam excellens in omni genere virtus
ſummo honore ac miro totius populi applauſu ex-
ciperetur, vir ſanctus ſalutari timore concuſſus ne
virtus tantis exaltata honoribus eum per vanã glo-
riam præcipitem daret: fuga ſalutem quæſiuit. Per
nusigitur difficiles perque loca inuia noctis ſilen-
tio vno comitatus ſocio ad cœnobium quoddam
ordinis ſui Ciſtertienſis in Germaniam peruenit:
ibi ignotus aliquandiù latitans diurna pariterque
nocturnã rerum diuinarum meditatione paſcebat
animum. Sed tandem à puero quodam, qui in eius
familia nutritus fuerat & illac tunc fortè iter habe-
bat, agnitus à fuga illa retractus eſt: & maiori cum
applauſu atque admiratione in priſtinum honoris
gradum reſtitutus. Tùm verò neceſſitate compul-
ſus reiectam ſarcinam humeris iterum impoſuit,
ad intermiſſa illa externæ pietatis opera reuer-
ſus nouis beneficijs vniuerſos ſibi deuinxit. Incre-
dibili charitate gregem ſuum proſequebatur, adeò
vt etiã capitis periculo, illi ſi opus fuiſſet, con-
ſuluiſſet. Multa odia inueterata frequẽter extinxit,
bella

Vir ſanctus mũdi fauores pertimeſcens fugit ad Germaniæ cœnobium.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bella admodùm grauia compeſcuit, & diſſidentia
membra mutua beneuolentia conciliauit egregiè.
Iiſdem diebus cùm Romani Imperij prouincias
ſchiſmatica rabies exagitaret Chriſti Eccleſias pe-
ſtiferæ hæreticorũ opiniones occuparent, ſolus ipſe
eorum furori ac prauitati ſeſe oppoſuit, ſolus diui-
nis ſermonibus improbos arguit & pullulantem v-
bique opinionum diuerſitatem conſtanter oppoſ-
ſit, oberrantes verò ouiculas ad Eccleſiæ gremium
reuocabat, lapſos erigebat, & ſtantes confirmabat,
hæreticos autem totis viribus irruere conantes
diátis fidei armis egregiè protectus repellebat,
ta conſtantia & virtute vt quanquàm ipſe Impera-
tor hæreticæ prauitatis libidini faueret plurimos
& præcipuos bellatores defenſoresque Catholicæ
fidei acerrimos ſubmoueret: exilioque damnatos
nefariè opprimeret, hunc tamen Petrũ reuereretur,
ſupplexque non rarò ſe eius ſuffragijs cómendaret.
Erat inter alios infames hęreſiarchas Heribertus
cleſiæ Chryſopolitanæ antiſtes qui Imperatoris
rorem contra virum ſanctum iniquis ſuggeſtioni-
bus acuere nitebatur: nullumque non mouebat
pidem vt Petrus pari cũ cæteris exilio mulctaretur.
Sed vir ſanctus nec venenata inuidiæ tela, nec
peratoris furorem pertimeſcens eccleſiam tueba-
tur miraque conſtantia varias inimicorum op-
gnationes ſuſtinebat: cumque Heribertus furen-
tus armatus inſtaret, & vrgeret & vim propè in-
ret vt vir ſanctus, deſerto loco, oues ſuas lupis
uorandas traderet, ipſe indicta ſupplicatione ge-
rali, diebus admodùm quinque precibus & ieiunijs
pro libertate Eccleſiæ contra tyrãnidem pugnans
etiam atque etiam à Domino contendens vt ob
rato Heriberto ſaniorem mentem & pœnitentiam

Imperator quanti Petrum fecerit.

Indicit ſupplicationẽ contra hæreticos.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...tem tempuſque tribueret, vel nefariam peſtem ci-
...de medio tolleret: nè ad totius corporis conta-
...gionem tandem permanaret. Eccè verò vt oratio
...in quintum diem protracta fuit, Heribertus diuina
...gente vindicta miſeram cùm ſchiſmate animam
...halauit.

Accerſitus eſt deindè vir ſanctus à Romano Pon-
...fice Alexãdro, eius nominis tertio, vt per Italiam
...ſciamque Catholicos hæreticorũ fraude oppreſ-
...ſos ſolaretur, hæreſeſque nefandas deleret: quod
...ille præſtitit egregiè ſignis & virtutibus admiran-
...dis, quos ſermone non poterat, expugnans. Accidit
...dem ferè tempore cùm in cœnobio Longiuadi,
...tare in memoriam S. Bernardi Abbatis dedicaret,
...quidam iniqua cupiditate ſtimulatus argenteam
...eodem templo crucem furaretur. Quo cognito
...ſanctus ſacrilegum anathemate percuſſit, præci-
...ens nè priùs pedem templo efferret, quàm ablatã
...cem reſtitueret. Res mira. Homo ille quamdiù
...re contaminatus erat, fines monaſterij, quam-
...inſtanter conatus, egredi non potuit. Perſtitit
...ominus improbus in diem alteram, ſperás poſt
...copi diſceſſum illam exeundi difficultatẽ ſub-
...iri. Sed nec tunc quidem libertatem conſequi
...it, niſi priùs per ſalutarem dolorem ipſe ſe a-
...matis vinculo ſoluiſſet. Et hunc quidem pro
...re ſic meritum conſtrinxit: alios verò innume-
...rijs & animæ & corporis doloribus miſerijſ-
...oppreſſos ſoluit & multos etiam diabolica ty-
...nide & fraude vinctos in libertatem vindicauit.
...poſſunt omnia quæ per eum Dominus operari
...tus eſt miracula recenſeri. Cùm grauis inter
...ciæ & Angliæ reges diſcordia exorta eſſet quæ
...que regno excidium minitare videretur, Ponti-

fex

Confirmat Catholicos per Italiam.

Sacrilegus excõmunicatus fugere non poteſt.

Diſcordiam inter Frãciæ & Angliæ re-

gem exortã extinguit. — fex tantum ſibi de Petri auctoritate & gratia polli-
ceri auſus eſt, vt eum ad vtriuſque regis animum
ſanandum nouoque fœdere conciliandum deſtina-
re minimè dubitauerit. Et ſanè quanquàm vtriuſq;
furor nullius auctoritate vel precibus placari poſſe
videretur, vir ſanctus primo tamen congreſſu ita
fecit, vt ortam diſſidij & imminẽtis belli flammam
non modò extinxerint ſed agminam etiam mani-
tudinem induerint. Nec aliud ſanè fuit quod poten-
tiſſimorum regũ ferociam ità ſubitò compeſcuit
quàm ſanctitatis & miraculorũ eius celebritas
longè lateque cum ingenti admiratione vagata.
Itaque cùm annos triginta admodùm & tres epi-
Moritur vir ſanctus. — ſcopali functione & omni vitæ ſanctitate expleſ-
ſet ingenti ſui deſiderio relicto lætus ex corporis
ergaſtulo ad cælos migrauit.

VITA S. GREGORII NAZIANZENI

Epiſcopi, Patris celeberrimi atque doctiſſimi, ...
quæ eſt per Gregorium Presbyterum conſcripta.

9. Maij. — GRegorius qui propter excellentem rerum di-
uinarum cognitionem, cognomentum à The-
ologia conſecutus eſt, patriam habuit quon-
dam Cappadocum prouinciam vrbem Nazian-
quæ quidẽ per eum adeò nobilitata eſt, vt ad ...
Patris & parentes eius. — tremos etiam orbis terrarũ fines clara atq; illuſtris
extiterit. Parentibus ortus eſt nobilibus ac ...
juſtitia præditis. Et quidem pater eius Abraham
iuſpiam inſtàr paterna terra idoliſque relictis ...
gregium pietatis cultum migrauit: excuſſaque ...
pſiſtariorum nefaria ſuperſtitione atq; impo...
ſacris aquis à Leontio epiſcopo Cæſareæ Cappado-
ciæ expiatus, tanta virtute conſtantiaq; perce...
Dei gratiam tutatus eſt, vt non multò poſt Nazi...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN